

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 3. Sumit Evcharistiam legitimè qui sumit sub una specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](#)

Praxis.

Hinc deducitur 1. Saltem in articulo mortis quemque præcepto divino de sumenda Eucharistia obligari, uti communior sententia docet, & ex Concilio Niceno relato in cibis his. 26. q. 6. insinuantur, ubi cavendum dicitur, no discessum est corpore necessariò viæ suæ viatico defraudetur.

Deducitur 2. Tempore Paschali quemvis Christianus præcepto Ecclesiastico ad Communionem obligari, uti Trid. Concil. Sess. 13. Can. 9. & in C. Omnis utriusque precipit.

Deducitur 3. Verosimilius esse, aliquos particulareb mines specialiter obligari ad hoc Sacramentum sumendum eò quod DEVS decreverit illis gratiam ad vincendas tentationes necessariam non aliter, quam per hoc Sacramentum speci dare, uti P. Gobat tr. 4. n. 4. cum Suan. & Soto docet, huius recte addant, perratum esse hunc casum.

PRINCIPIVM III.

Sumit Eucharistiam legitimè, qui sumit sub una specie.

Sensus.

Hoc est, qui Eucharistia Sacramentum sub solis specie panis accipit, nec contra Christi aut Ecclesie præceptum quidquam agit; nec etiam fructu ex bina specie percipi potest fraudatur.

Authoritas.

Desumptum est ex Concil. Trid. Sess. 21. Can. 3. ubi dicitur: Si quis negaverit, totum integrum Christum, omnium gratiarum fontem & Authorem sub una specie sumi, anachima sit. Item ex consuetudine veteris & novæ Ecclesie.

Ratio.

Quia, quæ ad accidentales modos seu ritus Sacramentorum pertinent, Christus non præcepit, sed Ecclesia disponenda reliquit; Communio autem sub utraque specie ad accidentalem tantum formam pertinet, cum five spectetur natura Sacramenti, una species materiam & formam continet.

perfectionis spiritualis qualitas, una species carneam & sanguinem, cibum & potum involvat; sive res contenta consistunt, uti conatur, in quavis specie Christus reperiatur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Ecclesiam non male fecisse, quando extremitate, ut sub una duntaxat specie à Laicis Eucharistia suum Christianum esse; hoc enim ob gravia incommoda vitanda factum esse, est, uti communiter Authores ostendunt.

Deducitur 2. Fideles de facto non fraudari fructu ex altera specie sanguinis percipi solito, cum juxta probabilem multitudinem sententiam per duas species non major fructus, ceteris sumendis dubiis, quam per unam percipiatur.

Deducitur 3. Non esse quidem de facto Laicis concessum, ut speciem sanguinis sumant; si tamen relicto Calice consecraretur, hunc autem aufugeret ob militem imminentem, vel repente moretur Sacerdos, nec aliud adesset Sacerdos, qui eandem speciem suppleret, vel sumeret, posse eam ab Aedituo, vel alio laico sumi, uti Suar. d. 71. f. 3. apud & cum P. Gobat. tr. 4. sentit.

PRINCIPIVM IV.

Ute merito vivit de Altari, qui propter Altare studuit operari.

Sensus.

Hoc est, Sacerdotes, qui Missas celebrant in aliorum commodum, merito ab ipsis stipendum absque ullo Simo-
ne periculo, accipere possunt.

Authoritas.

Desumptum est ex S. Scriptura 1. ad Cor. 9. ubi Apostolus dicit: Nescitis, quoniam qui in Sacrario operantur, que de sacrario sunt, edunt: & qui Altari deserviunt, cum Altari participant?

Ratio.

Quia ipsa natura permittit, ut pro rebus pretio estimabilius premium aliquod exigi possit: atqui obligatio ad Missam certo loco & tempore celebrandam, aut fructum ipsi applican-

Pp 3